

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7107

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Conches-en-Ouche, Saint-Pierre de Castillon ou Châtillon (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1165-1173]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens et privilèges de l'abbaye de Conches.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCXXIII, t. 1, p. 550-554.

Dissertation critique

« 1165 ou 1167 – 1172-1173 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 550. Geoffroy Ridet, archidiacre de Cantorbéry, est entré en fonctions dès 1163, mais Henri II n'est revenu en France qu'en 1165. Cet acte, qui ne porte pas la formule *Dei gratia*, est antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse, pro salute anime mee et antecessorum meorum, monachis in ecclesia Sancti Petri Castellionis Deo servientibus liberam et quietam electionem abbatis sui secundum regulam Sancti Benedicti, et quod omnes homines eorum in Anglia manentes sint liberi et quieti de omnibus consuetudinibus et querelis ad me pertinentibus, scilicet de siris et de hundredis et de geldis et de danegelt et de heldielt et de hondrefu, excepto muerdo si repertum fuerit in terra eorum ; et si furtum repertum fuerit in terra eorum, forefactum sit monachis, et justitia mea. Et in Normannia, apud portum qui vocatur Deppa, sint monachi et omnes res eorum et proprii famuli liberi et quieti de omni passagio et de omni consuetudine in villa ; et de omnibus hominibus eorum ibi manentibus habeant dicti monachi les évées ; et si homines eorum habuerint naves in mari piscantes, quidquid de navibus illis ad me pertinet, amore Dei, concedo predictis monachis. Et cum his supradictis concedo et confirmo ecclesie Sancti Petri Castellionis omnia bona et beneficia que ei dederunt et concesserunt in regno et ducatu meo Rogerus senior de Toenio et filius ejus Radulfus senex et Radulfus juvenis filius predicti Radulphi senis et Rogerus filius Radulphi juvenis, et eorum homines et alii barones mei, sicuti scripta leguntur in hac carta, videlicet : Ex dono Rogeri filii Radulphi de Toenio, concedo et confirmo, in usus servorum Dei servientium in

monasterio dedicato in honore Sancti Petri apostoli in loco qui Castellon appellatur, villam ipsam que appellatur Castellon ex integro, ab omnibus calumniis et querelis absolutam et liberam, cum molendino de Fontana, cum territorio omni ad eandem villam pertinente, cum teloneo ex integro ejusdem ville et totius territorii, cum forefactis, cum banleuga libera, et cum omnibus penitus redditibus, cum decima totius parochie, et ecclesia Sancti Audoeni de Conchis, cum decimis et offerendis ex integro ; et terram de Vernay ad quinque carrucas ; decimam quoque de Corlandis de una carruca, cum hospite uno ; decimas etiam de sylva que appellatur Campania Renaldi, in porcis, in denariis, in acheriis, in annona, in carne, et de omnibus aliis sylvis suis. Ecclesiam de Acquingneio, cum offerendis et decimis de annona et de vino ex integro, et de piscibus aque que dicitur Actura et de molendinis suis ; decimas de duabus carrucis in villa que dicitur Fontanis, et de vino et de sylva et de pratis ; decimas Sancti Ursini de Villarivilla, de vino et de omnibus que ibi pertinent ; ecclesiam de Toenio, cum offerendis et decimis de annona et de vino ex integro, et de pratis et de piscibus. In Neugevilla, ecclesiam et decimam et unum hospitem. In Villarivilla ecclesiam et decimas et hospitem unum. Ad Mortuum Mare, decimam de duabus carrucis et de duobus molendinis et de prepositura ejusdem ville et unum hospitem. In Warengrevillis ecclesiam et decimam cum feofo Fermanni presbiteri, et decimam de uno molendino, et tertiam partem de terra de hospitibus quos habebat in villa que dicitur Deppa. In Walichevillis decimam de una carruca cum hospite uno. In Rothomago unum hospitem et tertiam partem de pratis suis juxta Rothomagum. In Villarivilla juxta Pontem Archefridi, ecclesiam et decimam, cum pertinentiis suis, et unum hospitem, et feofum Osuli de Monasterio. Ex dono Radulphi de Toenio et Godehildis matris sue, pro sepultura patris sui Rogeri, confirmo et concedo Sancto Petro de Castellione, apud Aquingneium, gordum unum quinque millium ang[u]illarum de Sancta Cecilia ; feofum quoque Claverii et feofum Chardi et masuras plures et terras in eadem villa ; apud Fontanas, molendinum unum, et feofum Lancelini presbiteri, et feofum Odelini Nutricii cum plancato in dominio ; et decimam redditus denariorum et molendinorum et totius domini sui, tam plani quam nemoris Sancti Vigoris ; apud Toenium, gordum unum, cum hospite uno ad custodiendum gordum, et feofum Richerii filii Radulphi, et hospites plures ac vineas in eadem villa. In Waregervilla, hospites qui pertinent ad elemosinam Sancti Walerici, et terram de Brueria ; apud landam que dicitur Seletort, terram ad duas carrucas ; et omnem decimam omnium molendinorum suorum per totam terram suam, et decimam omnium denariorum suorum de omnibus redditibus suis in omnibus dominiis suis vel etiam forefactis, in Conchis, in Ferraria, in Aquingneio, in Toenio, in Herigenvillis, in Mortuo Mari, cum ecclesiis ejusdem ville, et in omnibus villis suis aliis ; et eandem libertatem et consuetudinem in omnibus hominibus ecclesie in omni terra sua, per totam terram illius, quam habent in Castellione ; et feofum Willelmi de Valeil in dominio ; et feofum Gerelmi de Fraxino. Et in Anglia, in dominio, manerium unum quod vocatur Lieva ; et ecclesiam ejusdem ville, et totam decimam, et decimas de suis dominiis, tam de planis quam de boscis, in omnibus aliis maneriis suis, scilicet: de Cabevona, decimam de dominio, cum uno hospite ; de Flamestede, decimam de dominio, cum uno hospite ; de Chaldesleis, decimam de dominio, cum uno hospite ; de Werwelles, decimam de dominio, cum uno hospite ; de Almeleia, decimam de dominio et XII. denarios de Roberto de la Harduica de uno essarto, et partem decime [de] salinis ; de Berga, decimam de dominio ; de terra Osberni Filii Rualdi, decimam de dominio, et unum hospitem ; de Eseleia, decimam de dominio ; de Albodeleia et de Landa, decimam de dominio, et tres hospites ; de Stoches et de Hidra, decimam de dominio, cum uno hospite ; de Brameberga, decimam de dominio, et decimam firme denariorum de terra que vocatur Elevent ; de Ramerleia, decimam de dominio ; de Estaudone, decimam de dominio ; de Pichehay, decimam de dominio ; de Coloen, decimam de dominio. Ex dono Radulphi junioris filii Radulphi senioris de Toenio, ecclesiam de Welcomeston, et totam decimam ; decimam quoque de dominio de Quertelingis. Ex dono Rogeri de Toenio filii Radulphi junioris, unum manerium, scilicet Weretehon, totum liberum et quietum in dominio eorum, et ecclesiam et decimam ejusdem ville, et quidquid pertinet ad illam villam, scilicet unum molendinum, et maras ibi adjacentes ad piscandum, et warennam, et decimam cendrariorum et karrorum suorum in omnibus silvis suis. Ex dono Godehildis, comitisse Ebroce civitatis, uxoris Rogeri de Toenio, decimam de Travencon, et decimam suorum molendinorum de Hondoville, et de Alba Via eam partem decime atque ecclesie quam emit de Radulfo Barbato, annuente domino ac seniore suo comite Ricardo. Ex dono Roberti de Romilliaco, et uxoris ejus et filiorum suorum Willelmi et Roberti et Ricardi, decimam quam habebat [in] Corlandia, et eam quam habebat [in] Loverciaco ; in Corlandia, medietatem decime ; in Loverciaco, duas garbas, annuente Radulfo de Toenio, cujus fefi erat. Ex dono Gerelmi de Romiliaco et filiorum ejus, duas garbas decime de villa que dicitur Cantalupum. Ex dono Willelmi de Romilliaco, ecclesiam et decimam de Greinnosevillis et decimam de duobus molendinis in eadem villa. Ex dono Radulphi de Bervilla, duas garbas decime de terra que vocatur Eruz, et decimam omnis generis lini ipsius terre. Ex dono Ricardi de Romiliaco, ecclesiam de Loverciaco et feofum Rogeri filii Berte, fratris Godefridi presbiteri, liberum et quietum. Ex dono Ilberti vicecomitis, quartam partem de Durra totius illius

manerii. Ex dono Ricardi Manselli et Garini filii ejus, medietatem terre que vocatur Bassol, excepto servitio trium militum ; insuper et monasterium cum cimiterio liberum, et ipsum altare, et terram unius carruce liberam, ultra medietatem supradictam, et omne dominium et omnem libertatem. Ex dono Roberti de Stafford, filii Rogeri de Toenio, ecclesiam de Wotthona, liberam et absolutam, cum decimis et oblationibus suis ; in eadem villa concedo et confirmo monachis et hominibus suis, sicut idem Robertus eis concessit, in plano et in bosco, in pratis et in aquis. Ex dono Ebrardi Britoliensium domini, et Ivette matris sue, ecclesiam de Harakavilla, cum terra ejusdem ecclesie et omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, cum omni decima totius territorii ejusdem ville. Ex dono Gerelmi de Vernaco, decimam totius terre sue apud Buisson et apud Nagel. Ex dono Radulphi de Landa, duas garbas decime de Hulebec et de lino et de lana et de omnibus de quibus decima pertinet, et unam acram terre ad granchiam faciendam, et decimam virgulti sui apud Aquingneium. Ex dono Radulphi de Nocumento, omnem decimam terre sue de Nuisement, et terram cum hospite, et decimam culturalum sui senioris in villa que vocatur Nugent, annuente Gilleberto domino suo et Radulfo de Toenio, cujus feffo erat. Ex dono Heltonis de Runcia, omnem decimam de Runcia. Ex dono Roberti et Pagani et Archembaudi et Hugonis de Rovilla, omnem decimam terre sue de Montreul, annuente Gilleberto de Mineriis, cujus feffo erat. Ex dono Rogerii de Clara, ecclesiam et decimam de Harakavilla et duas garbas de Buré. Ex dono Geroldi Wastinelli, duos homines et duas masuras et decimam terre sue in Wauvilla. Ex dono Willelmi de Valeil, ipsum Valeil tenendum in dominio, annuente Radulpho de Toenio, cujus feffo erat. Ex dono Gilleberti de Clara, ecclesiam et decimam et terram Rogeri capellani, in villa que dicitur Puteneia. Ex dono Roberti de Widvilla, medietatem decime de Widvilla. Ex dono Gerelmi de Bosco Hugonis, decimam omnium hominum suorum de Bosco Hugonis. Ex dono Roberti de Aureis Vallibus, decimam ejusdem ville. Ex dono Stephani et filiorum ejus, Widmundi videlicet et Willelmi et Radulphi, decimam terre sue de Bosco Raillaco, annuente Radulpho de Vernaco et Radulpho de Toenio, quorum feffo erat. Ex dono Radulphi de Glisolis, duos hospites cum hortis in villa que dicitur Merderel, annuentibus parentibus et Gaufrido domino suo de Villalart, coram Radulfo de Toenio. Ex dono Simonis de Ulmeto, decimam de Oissel, annuente uxore sua filia Rogeri de Ferrariis et filio suo primogenito, quam decimam Radulphus et Warinus predicte ecclesie Castellionensi concesserant, annuente Willelmo Dircello cujus feffo erat. Ex dono Radulphi de Toenio, filii Rogeri fundatoris ecclesie, omnia hermitagia in foresta sua de Conchis. Et quicumque infra forestam illam et in aliis suis silvis terram coluerit, ex toto predicte ecclesie decimas dono et concedo sicut ipse donavit et concessit. Ex dono Roberti filii Ilberti vicecomitis, quartam partem de Durra ; et pro illa quarta parte quam dedit pater suus Ilbertus eidem ecclesie, et pro ista quam ipse Robertus donavit, habent monachi L. solidos in villa de Durra. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia de Castellione et monachi ibidem Deo servientes omnia supradicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete et plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte regis Henrici avi mei et donatorum testantur.

Testibus : Gaufrido archidiacono Cantuariensi, Reginaldo archidiacono Saresberiensis, Ricardo de Humetis constabulario, Ricardo de Canvilla, Hugone de Longo Campo, Roberto de Peissi, Seerio de Caienci.

Apud Rothomagum.